



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Tartaro-Sinica nova

Rougemont, François de

Lovanii, 1673

Epistola Dedicatoria Ad R.mum P. N. Joannem Paulum Oliva Generalem
Societatis Jesu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11829



EPISTOLA DEDICATORIA

A D

R.^{mum} P. N.

JOANNEM
PAULUM OLIVA

GENERALEM
SOCIETATIS JESU.

Reverendissime in Christo Pater,
PAX EJUS DEM.

Iussus ea mandare
Latinis Litteris quæ
per annos 1659. 60.
61. 62. gesta fuerant
in hac Sinensi Vice-Provincia,
*₃ quæ-

E P I S T O L A

quæque P. Matthias de Mayâ
Moderator ejusdem studiosè
perquisita in Commentaria sua
retulerat ; putavi non injucun-
dum fore *Reverendissimæ Paterni-
tati Vestræ* & multis aliis Sinica-
rum rerum curiosis , si ante-
quam agerem dē re nostrâ , id
est, Christianâ , politicum gen-
tis statum de more exponerem ,
& quidem paulò copiosius ,
quàm fieri consuevit : atque ita
texerem quodammodo compen-
diosam narrationem P. Marti-
ni Martinez , finemque per-
scriberem illius belli , quo am-
plissima tandem Monarchia in
Tartarorum potestatem tota
devénit . Quâ in narratione si
fortè nonnulla repeto quæ à

Mar-

DEDICATORIA.

Martino commemorantur, aut
aliter letiam atque ipse scribit,
commemoro; fiet id vel clar-
tatis gratiâ, vel veritatis, quam
nos posterioribus hisce annis, ces-
sante armorum strepitu, com-
modius, uti fit, percepimus.
Boni consulat interim Reveren-
dissima Paternitas Vestra hunc
qualemcunque fructum tristis
insperatiique otii, quod nobis ii
fecerunt, qui omne prorsus ex-
ercitium Christianæ Religionis
hîc cessare volunt: quorum im-
pios conatus vel eludet, vel et-
iam franget, uti spero, Sapientia
Dei Omnipotens placata San-
tissimis Paternitatis Vestræ &
Societatis Universæ Sacrificiis ac
Precibus, quibus & ipse me sup-

* 4

plex

EPIST. DEDICAT.

plex commendo. Ex Custodiâ
nostrâ in Quám chéufú Metro-
poli Quám tûm Provinciæ Sina-
rum 1668. 5. Octob.

R.^{mæ} P. V.^æ

Servus in Christo humillimus

FRANCISCUS ROUGEMONT.

AD